

Dissertatio physiologica inauguralis, quaedam de Somniis, et quibusdam aliis Mentis Alienationibus complectens : quam annuente summo numine : ex auctoritate reverendi admodum viri, D. Gulielmi Robertson, S.S.T.P. Academiae Edinburgenae Praefecti : nec non amplissimi senatus academici consensu, et nobilissimae facultatis medicae decreto : pro gradu doctoratus, summisque in medicina honoribus ac privilegiis rite et legitime consequendis / eruditorum examini subjicit Josephus Gahagan, Hibernus, Soc. Reg. Med. Edin. Praesidarius, Soc. Speculat. Soc. Nat. Stud. Edin. Socius, nec non Soc. Med. Aquar. Sex. Socius Honorarius.

Contributors

Gahagan, Josephus.
University of Glasgow. Library

Publication/Creation

Edinburgh, 1791.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ukfvwn24>

Provider

University of Glasgow

License and attribution

This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

INSERTATIO PHYSIOLOGICA

INAUGURALIS,

DE

S O M N I I S, &c.

АПОДОЛІОГІЯ
ЗІ ЗАВІТОВИХ
Ізмінено
Місце публікації та дата
відповідно

зміни та змінами
занесено відповідно
Чтієючи
АПОДОЛІОГІЯ ОІТАЛІА

зміни та змінами
занесено відповідно
зміни та змінами
занесено відповідно
зміни та змінами
занесено відповідно
зміни та змінами
занесено відповідно

Лаєнко Іван
о з т і м о

зміни та змінами
занесено відповідно
зміни та змінами
занесено відповідно

зміни та змінами
занесено відповідно
зміни та змінами
занесено відповідно

INSERTATIO PHYSIOLOGICA
INAUGURALIS,
QUÆDAM DE
Somniis, et quibusdam aliis Mentis
Alienationibus complectens,

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
D. GULIELMI ROBERTSON, S. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;
N E C N O N
Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ decreto;
PRO GRADU DOCTORIS,
UMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
Eruditorum examini subjicit

JOSEPHUS GAHAGAN,
H I B E R N U S,

Soc. Reg. Med. Edin. Praesidarius,
Soc. Speculat. Soc. Nat. Stud. Edin. Socius;
Nec non
Soc. Med. Aquar. Sex. Socius Honorarius.

Το φαντασμα το απο της κινησεως των μεσθηματων, οταν εν
καθευδει ή πα καθευδει τουτ εστι ευπνησιον.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛ. ΠΕΡΙ ΕΝΥΠΝΙΩΝ,

Ad diem 24 Junii, hora locoque solitis.

E D I N B U R G I:
Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M,DCC,XCI.

И Д И Н Я Р Й :
Академія Т'юторів
Ізраїльська
М'ДСХОЛ

Fratri suo charissimo,

MATHIÆ GAHAGAN, M. D.

Soc. Reg. Phys. Edin. Praesidar. Soc. Natur.

Stud. Soc. Respond. &c. &c.

Artem salutiferam in Insula Grenada

Feliciter exercenti ;

Itemque,

Praeceptoris spectatissimo,

ANDREÆ DUNCAN, M. D.

Colleg. Med. Reg. Edin. Praesid. Digniss.

Med. Theoret. in Alma Acad. Edin.

Profess. Celeb. &c. &c.

S. P. D.

JOSEPHUS GAHAGAN.

*Q*UUM laborum academicorum primitias, caris
mibi amicis potius in testimonium studii, quam viris
magnis, mihi parum notis, ad patrocinium concilian-
dum, consecrare statuisse, quin vos, optimi ! pae-
caeteris feligerem, quibus opellum hocce inscriberem,
nullus haesitavi. Dum vobis igitur, praceptoris-
bus, patronis, amicis, gratum animum verbis ex-
primo, eodem illo fonte purissimo et integerrimo
unde amicitia fluxit, ipsa verba derivantur ; ves-
trae vero virtutes, et quae in me beneficia contulisti
affentationis


СИДОР МАДАНА ГІНТАМ

ЛІСТЬЯ СОЛНЦЯ ПІДІРВАЛИ СІЧІ

СІЧІ СОЛНЦЯ СІЧІ

assentationis ne suspicionem quidem in me cadere sinnunt. Altero non tantum cognitionis medicae quam hic hausi, magnam partem debeo, sed etiam per tres annos, quibus una habitandi felicitas contigit, ab eo urbanitatis et benevolentiae, quibus adeo eminent, erga me tot tantaque specimina edita sunt, quae, quum illam partem vitae meae inter felicissimas collocaverint, nunquam in memoriam sine maximis gratiis revocabuntur. Alterius pro meritis quomodo justas grates persolvam? qui mihi cunis vix egresso, (patre eheu! optimo mortuo), omne parentis officium subiit, praestitit, absolvit. Quum fraterni amoris ferventibus votis observantia et meritorum recordatio accedat; mentis ab humanitate non prorsus abhorrentis sensa, nulla verba expriment.

Vivite, viri aetimandi! omnemque felicitatem experiamini quam, aut ingenii dotes consequendi aut virtutes fruendi potestatem vobis tribuunt. Hoc studiorum specimen oculis benevolis intueamini, e quibus ideo maximam voluptatem capio, quod grati animi pro beneficiis, observantiaeque ob virtutes vestras publicum testimonium exhibendi, facultatem mihi praebeat. Valete.



Digitized by the Internet Archive
in 2016

<https://archive.org/details/b24928823>

Ye guardian spirits ! to whom man is dear,
From these foul demons shild the midnight gloom :
Angels of fancy and of love ! be near,
And o'er the blank of sleep diffuse a bloom :
Evoke the sacred shades of Greece and Rome,
And let them virtue with a look impart :
But chief a while, O ! lend us from the tomb
Those long lost friends for whom in love we smart,
And fill with pious awe and joy-mixt woe the heart.

THOMSON.

For
Mr. H^c. Arthur
With best wishes for his
happiness - from his friend
and fellow Student A.

DISSE

RAT

TIO MEDICA

IN A U G U R A L I S,

D E

S O M N I I S.

QUUM ea res, de qua scripturi sumus, qui-
busdam a tyronis in medicina studiis
prorsus aliena videri posset, pauca prius dicere,
quae argumentum nostrum defendant, necessa-
rium duximus. Neque hoc solum nosmet ex-
cusabimus, quod tot tamque varia literarum
studia et medicorum officium postulet, et libe-
rialium academiarum leges sanciverint: Quippe
qui, etiamsi hic defensionis locus totus deesset,
nexu intimo quidem illo, sed minus notato, qui
ropositorum nostrum inter et scientiam medicam

intercedit, selectionem nostram satis vindicari posse credamus.

Animi cum corpore nexus, alteriusque in alterum actio, omni aevo mortalium ingenii dotibus valentium attentionem sibi vindicaverunt. Neque hae res, quum ad physiologiam et medicam praxin quodammodo pertinent, ab ipsis medicis eruditis penitus negligi fese passae sunt. Quod si harum rerum cum medicinae scientia conjunctio mansisset, profecto plura nobis nota essent, ex quibus animi, cum quoad sanitatem ejus, tum quoad morbos aut ipsius animi, aut corporis etiam, a statu mentis provenientes, theoriam rationalem struere possemus. Dolendum vero quod res aliter evenerunt. Nam quae vel minimam cum mente affinitatem habent, ea sibi cuncta metaphysici vindicaverunt. Quorum ingenio, mentem pro arbitrio dividendo, et dotes congenitas fingendo, rem, alias satis simplicem futuram, implicitam et obscuram reddiderunt.

Exinde

Exinde ortum est, quod doctrinam de mente in genere, praecipue vero, quae ex illa ad physiologiam evidentius pertinent, metaphysicorum argumenta adeo turbaverunt. Huc referri debet, de qua hic loci differendum erit, aliaeque mentis alienationes, sive causis constantibus oratae illae fuerint sive temporariis ; quales sunt maniae quaedam species, delirium, spirituum stillatitiorum, et opii effectus, &c. Haec metaphysicorum confusio in doctrina de somniis magis adhuc conspicua est. Philosophorum enim alii in somniis praeterita detegi, futura praedici credentes, digna haec quae pro afflatis nescio quibus ipsius numinis haberentur, arbitrati sunt ; pars a geniis numini subjectis suggeri illa hominibus ; pars denique acta esse libera mentis solutae, nexus ejus scilicet cum corpore inter somnum laxato, voluerunt.

* Hujusmodi extiterunt variae hypotheses, quarum quasdam altius perpendamus, ut rem nos-

tram ex istis difficultatibus eripiamus, quibus a metaphysicis jamdudum obruta tenetur, necessarierit. Quo facto, somniandi phaenomena, secundum theoriam principiis simpliciorem, ut putamus, et quae rebus applicata dignior videtur approbatione exponemus.

Philosophia antiquorum praecincta, quae omnes materiae motus principi cuidam, seu animo plus minusve perfecto a materia prorsus abhorrenti, tribuit, machinam quoque humanam $\psi\chi\tau$ alicui, sive animo altioris naturae, dirigendam mandavit. Huic isti tanquam deo in nobis vim inesse crediderunt, errores corrigendi, si quos corporea compages fuderit, ejusque liberi tum demum divina opera cerni, quum vincula illa erupta sint, quibus cum comite suo terrestri cohaereat. Illo enim nexus, nisuum ejus nativam vim et splendorem multum impediri et obscurari.

Horum philosophorum conaminibus, quibus
hanc

anc animam humanorum actorum directricem
I sidera evehere voluerunt, commenta eorum
e somniis forsitan debemus. Est opus erudi-
im haud diu publici juris factum, quod anti-
uae philosophiae plenam expositionem conti-
et, ejusque prae hodierna excellentiam multis
ommonstrat. In hoc *, propositum de somniis,
x mente integra oriundis, exsecutus est auctor
ari ingenio et ardore animi; nimis tamen fas-
diose inventa omnia atque sententias, situ an-
quitatis parum insignita, sprevit atque con-
tempsit. Hic auctor doctissimus, secundum an-
quorum hypothesin, supremae hujus animae
undi imperatricis existentiam summo studio
ropugnat; perque illam homines cogitare, ma-
riae varios eventus effici dirigique contendit.

Quod autem somnambulatio, somnia, aliaque
octis spectra, vi mentis sejunctae oriantur, auc-
tor

* Antient Metaphysics, Tom. ii. p. 247. et seq.

tor celeb. ex historiis variis ab illo recensitis, praecipue ex una prorsus inaudita judicat, quam illi narravit D. Hans Stanley. Fertur enim Comitissa quaedam, dum morbo laborabat, linguam per somnum usq; quam illa admodum puella dicensset, sed cuius memoriam longo tempore non potuisset revocare *.

Quod, ut cum theoria sua conjungeret auctor recordationis vires hujus Comitissae somno et morbo pendere statuit ; tunc enim mentem minus quam ullo alio tempore corpori adhaerere ita ut, vinculo illo laxato, istis viribus mens quodammodo utatur, quibus amota a corpore poteret, easque res in memoriam revocet quibus olim affueta fuerit.

Ex hoc exemplari mentis sine corpore vagantis auctor summo mentis acumine infert, han Comitissam, si aut erudita aut philosophiae de dit

* Idem, pag. 218.

ta fuisset, theoremata prius ignota, aliaque ar-
ma philosophiae, lucide percipere potuisse.

Hic vero aliquis quaeret: Philosophi num
mniorum aut morborum sunt experti? Sin
inus, cur ab his non accipimus inventa hujus-
odi mira et subita, qualia a mente cui nihil sit
notum, si quando libere agerit, profluere debe-
nt. At revera, si quid apud hunc significat
ens bene intelligamus, expectandum esset, ut
us acta et inventa rusticus vel incultissimus ae-
ue proferret ac sagacissimus philosophus.

Quod mens per somnum libere exerceatur,
ius rei praeter historias ei supra relatae simil-
mas, nil adest argumenti, nisi docta auctoris et
ium philosophorum antiquorum somnia *. At
ium excellentium illorum virorum per som-
im inventa parum nobis exponantur, nil prae-
r has historias considerandum restat, quas eti-
amfi

* Scil. Socratis, Aristidis, et Synesii.

Vide opera supra citat. Chapter on Dreams, passim,
: Tom. ii. p. 241, Not.

ans si totas veras ponamus, tamen non multum
theoriae auctoris prae aliis favebunt ; aliis enim
nec difficilior applicari possunt, quotquot nobis
videndi facultas adhuc fuit. Nam ut hanc si
lummodo historiam spectemus, ut mentis per
agentis exemplum sit hoc stabilire necesse es-
tum quod Comitissa mente capta notiones protuler-
tales, quales cognoscendi nunquam ante eius loco
fuerint ; at hoc ne auctor quidem ipse afferre
audet.

Etsi somnia mira quaedam visu, et praeter
confuetudinem inter se juncta produnt, tame-
ntur animi per se agentis nullum praebent argumen-
tum. Eorum materiam licet minus distincte
ordinatam tribuunt, res olim sensibus objectae
neque mirari nos leges memoriae patiuntur
quod notiones quaedam, diu postquam receptae
fuerint, subito et inopinanter redeant.

Somnium minus perfectum somnia vividiora
comitari

comitari, et haec, corpore minime perturbato, rationi maxime esse consentanea, vix a quoquam negabitur ; tamen res prorsus aliter se haberent, si a mentis liberae exercitio somnia pendeant. Acta enim animi tum maxime apparere et perfectissima esse deberent, cum corpus altius quiesceret ; et quando hoc morbidum factum esset, tum illius (ad tempus servitio liberati) exercitia fortiora viderentur.

Porro, hae tam mirae tamque magnificae animi per somnum operationes, si denuo in mentem revocantur, plerumque leves evadunt et futile ; idque summo jure, quum quodcunque ponimus aut statuimus, id unica tantum impulsuum serie inducti, rerumque antea factarum ex toto obliti, ponamus et statuamus.

In somniis pariter ac caeteris mentis corporisque conditionibus, inde a prima horum junctione, usque ad tempus ubi ab invicem diffici-

antur, simile semper unam inter et alium confortum manere videtur, et quod ad utrumque pertineat, ita ut simul et pro rata portione ad perfectissimum statum ascendant, pariterque una deficiant. Quod si mira quaedem quae de moribundis narrantur, ita ut narrantur acta essent contra hanc sententiam graviter pugnarent; haec autem tota notio (licet magnifica, quoad plurima exempla summa illa veneratione, qua ultima amicorum dicta excipimus, potius quam a viribus animi revera auctoritate, orta nobis videtur.

Hanc theoriā alia sat magna premit difficultas; nam, ut excusiones animi sejuncti statuerunt, necesse primo esset, ut notiones congenitae existere demonstrarentur, tanquam ipsius mentis dotes ei a principio a natura datae quam tamen sententiam adeo funditus everti celeberrimus Locke, ut ejus de hac re argumenta denuo exponendi opus non sit, ne longiores simus, et ab hujus opelli proposito aliena

tracte

tractemus. Hoc tantum contenti erimus, si his et quae antea protulimus ratiociniis concludere licuerit, nil esse quod mentis sejunctae a corpore, dum hoc vita fruitur, operationes stabilire potest.

Has operationes inter somnum fieri quae adducuntur, ut probetur, jam antea diximus, et quam parum rem ostendant notavimus. Id tantum addemus, quod si auctori operis antea citati totam hypothesis largiremur, doctrinae cui ipse quam maxime favet, et pro qua summis viribus contendit, summopere contradiceret. Si quis quam fint excelsae operationes mentis integræ demonstraturus, ad ea confugeret quae per somnum profert, infelix prorsus opus fusciperet; nam quicunque somnia ipsius ulla tenus recordatur, tantum abest, ut gratias agere vellet ψυχῃ illi, propter res utiles quas illum docuerit, quod e contra criminum illam gravissimorum voluntate accularet; in plurimis exemplis sibi ipsi

adversam,

adversam, lubidinosam, vel etiam flagitiosam inveniret.

Ut jam auctoris eruditii sententiam demittamus, venia nobis sit, ex ejus libro theoriae Aristotelis epitomen eliciendi. Hanc theoriā multis examinavit, utque videtur approbavit, licet crassiorem aliquis crederet, quam quae ad systema ejus subtilissimum pertineret.

“ Omnes sensus, secundum Aristotelem, a motibus organorum oriuntur, quos res externae excitaverint. Hi motus ad sensorium, (sensum communem vocat) propagati istas mentis perceptiones creant, quae sensus audiunt. Organorum motus, cessante actione externorum, perdurant, ut corpus moveri pergit, licet corpus, a quo motum fuerit, jam absit. Nam si fixis oculis quemvis colorem inspiciamus, et ad alium statim nosmet convertamus, prioris impressio adhuc retinetur, quod fieri, nisi motu primo persistante,

stante, omnino non posset. Has motuum continuationes die quidem non sentimus, propter impressionum tum communicatarum varietatem; sed silentio noctis, somno sopiti, nullis in organa impressionibus factis, saltem quae ad sensorium pervenirent, impressionum interdiu acceptarum motus manent, adque sensorium nunc vacuum propagati, impressiones gignunt, unde somnia, sive sensorum vigilantium reliquiae, componuntur.

“ At vaporibus sive halitibus a capite descenditibus turbari ista propagatio potest, unde confusio, qualis est in aquis agitatis imaginum repercutiarum, quae, si permagna sit, ut infantibus accidere solet, nullum somnium; sin lenior, motuum ad sensorium propagationem haud impedit *.”

In

* Vid. Antient Metaphysics, Vol. ii. p. 247.

Vid. quoque Aristotel. de Insomniis, cap. 2. et 3.

————— de Divinatione per insomnium, in fine.

In opera Baxteri * aliud tentamen invenimus eruditum de somniandi phaenomenis. Hic auctor ardore animi non exiguo, sed parum ut puto philosophice, omnes conatus talia phaenomena e principiis mechanicis, et a materie sumptis, explicandi, tanquam summi numinis potentiam et dignitatem minuentes, exprobat. Eandem censuram etiam ad ratiocinia mechanica de miris hodiernorum circa physica inventis extendit.

Quae si quis vel minime secum reputaverit, persuadebitur talia objicere neminem potuisse, nisi cuius mentem superstitione obscurasset, ita ut eventus naturae, eorumque causas, animo complecti non possit. Leges, quibus regitur mundus, non solum divinam Creatoris naturam non obscurant vel minuant, sed etiam potentiae ejus splendidissima dant exempla; quorum contemplatione,

* Vid. Essay on the Immortality of the Soul, Chapter on Dreaming, p. 240 et seq.

olatione, vim summae sapientiae primariam semper miremur et confiteamur, necesse est *.

Inter ea quae ab hoc auctore explicationi omniorum mechanicae objiciuntur, hoc est praecipuum, quod qui ita rem explicaverint (falem qui impressiones renovatas defenderint) in errorem non parvum inciderint, cum omnia omniorum phaenomena a vestigiis rerum in sensorio renovatis oriri posse contendant. Ipse enim sibi persuasit, multas res tum percipi quas nens nunquam ante cognoverit.

Id vero antea jam negare voluimus, et sub iuspicitiis celeb. Locke hic iterum nobus dicere iceat, menti inter somnia res nullas adesse praefer eas, quarum antea sensorum vestigia habuit. Notionum olim a rebus externis communicatum initio plerumque et quidem necessario in somniis

* Haec res quotannis elegantissime illustratur a celeb. profess, Robinson, in Praelectionum ejus exordio,

fomniis insolita est et vana; nam inter unius notionum conjunctarum seriei contemplationem novae rei impressio seriem peculiarem fibi, et fere adversantem, inducit, quae facillime alter nupta, summam rerum ipsarum inter se junctorum persuasionem dabit. Exemplum ab auctore ipso memoratum hoc illustrabit.

Si hominis cujusdam notio semel tantum antea visi, idque positione corporis aut vestitu peculiari, puta equo insidentis, aut pallio induti in fomniis se praebuerit, et si impressio mutat ideam excitaverit patibuli aut solii, tum pro ille statu, in quo una antea hominem vidimus, eundem tanquam crima commissa luentem, aui imperii insignibus ornatur, conspicere videbimur.

Plurimis contra omnia systemata mechanic prolati, suum denique sistema cl. Baxter long sermone exponit; quod multa censura, multi

que quibus adversarios proscindit conviciis spoliatum, sequentibus enunciari potest : Hominum nimirum somnia geniis quibusdam deberi, quibus permisum sit, ut suae indolis malevolentiam per somnum falsis vanisque spectaculis, nos decipiendo, exerceant. At tale animantium genus fingi tantummodo potest, quare argumenta auctoris nostri, non nisi ex iis quae sint verisimilia, aut ex eo, quod caetera systemata inepta credat, deduci necesse est. De his autem vix est quod cum eo certemus, cum totius systematis fundamina adeo sint imbecilla. Animantia proferre humanum genus, quoad cognitionem toto coelo superantia, in eum tantum finem, ut per somnum seriem suggerant rerum vanarum et ridicularum, id demum est ea fingere, quae nisi validis niterentur argumentis, accipi nullo modo possunt ; talia vero argumenta res ipsa non capit.

Quod si tales potestates in ulla scientiae parte

patiamur, nil impedit quo minus ad caeteras omnes adhibeantur; neque tum ullus hominibus investigandi locus esset, cum leges mechanicae adhuc constitutae ad ejusmodi potestates referri, et sic omnes difficultates in posterum facili opere tolli possent.

Sed, si largiamur impraefentiarum invisibilium haec animantia existere, evidenter apparet auctorem, ut phaenomena cuncta anomala somniorum explicet viribus eorum necessario ita uti debere, ut ipse sibi minime constet. Nunc enim ita ea depingit, tanquam mala ipsorum indole impellerentur *; nunc quasi mali genii servi, ne recte beateque vivant, cupiditates et vitia hominum explendo, eos ad scelera pelliciunt: At, in decursu ejusdem tentaminis, miramur eadem animantia maligna, summa amicitia ac liberalitate in humani generis commodum scien-

tiae

* Vid. pag. 276.

iae ambages explorare, aut amica solicitudine futuri nebulas dissipantia, ut pericula impenden-
tia aperiant. Quid multa ? Hoc *systema Rosy-
crucianum* tot evidenter repugnantia in se ha-
bet, ut plura dicere non sit necesse. Principium,
quo quasi fundamento nititur, ita a vero et ab
omni philosophia abhorret, ut neque eruditio,
nec vehementia auctoris, quenquam convincere
possit, quem non ante credulum supersticio red-
diderit. Quod veteres theoriae, quas caute ex-
minavit, multisque refutavit, rem non expediant,
ex hoc illud dogma minime esset eruendum, ex
quo suum *systema* exstruxit. Non ideo, quia
illi licet in theorias Aristotelis et Lucretii ani-
madvertere, caetera quoque tentamina somnio-
rum phaenomena mechanice explicandi absurdia
sint, necesse est. Quantum enim cunque haec
sibi ipsa repugnant, et quamvis Lucretii doctri-
nae fictis poeseos ornamentis gaudeat ; tamen
principia quibus fundantur, si progressus scien-
iarum respexeris, magis philosophiae sunt con-
fentanea,

fentanea, et plus ingenii ostendunt, quam modus ille Baxterianus, rem novo prorsus animantium genere creato, expediendi.

Ne Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit.-----

Antequam ad plenam nostrae sententiae defomniis expositionem progredimur, necesse erit, ut quibus ratiociniis inducti ab opinione magni Locke nomine sancta discessimus, brevi dicamus. Doctus ille metaphysicus mentem, dum corpore intercluditur, ideas semper percipere negat *. Neque concedit facultatem cogitandam ipsi naturae inhaerere animi, quam corporis naturae extensio ; sed potius id esse perceptionem idearum animo, quod sit motus corpori, non quidem naturam ejus, sed operationem quandam, neque ideo semper necessario exercendam.

In

* Vid. Essay on the Human Understanding, Chap. on the Origin of our Ideas.

In somno, ait hic auctor celeb. nobis fatis e-
uet, hanc impressiones accipiendi facultatem
ad tempus cessare, adversaeque sententiae fauto-
res accusat, quod principium suum, quum id
demonstrare nequirent, peterent. Is autem ipse
in similem errorem, ut argumenta suae hypothe-
sis sustentandi gratia afferat, incidere videtur.
Quod animus per quietem non cogitet exinde
deducere, quod ejus, de quo cogitavit, ipsi con-
cii dum vigilamus non sumus, id certo est ma-
ximam ejus rei partem de qua litigatur assume-
re. Animum ipsum eorum, quae illi objiciun-
tur, per somnum tunc temporis conscientiam esse
inspicamur; cum autem simul ab omnibus, quae
pertinent ad communes idearum nexus remo-
tus sit, nil impedit, quin imperio rerum quas
cum percipit aut sentit totus sese committat, ad-
que eas majore studio et celeritate attrahatur.

Haec a nexibus idearum communibus aliena-
tio in causa est, cur postea nulla cogitatorum sit
conscien-

conscientia ; nam cum recordatio, ab unius ideae recentis aut plurium cum aliis conjunctio ne oriatur, ubi conjunctio ista non fiat, ut in somno, cum ideae familiariores procul absunt a perceptione nostra, defectum memoriae necessario sequi, quis non videt ? At, si somnia nostra circa res bene notas versata fuerint, hasque in memoriam revocarint quae postero die sensibus oblata sint, aut si fortuna novam quandam speciem objecerit earum quas per somnum videmus, facilime totam seriem percurrimus, donec obvia fit nova impressio a qua interpelletur novam speciem, novamque rerum seriem, conspecturi *.

Quaerit Locke celeb. utrum animus ea percipiens, quorum postea non sit conscientia, aut voluptate frui possit, aut perferre dolorem, et felix esse, aut miser ? Nos quidem revera fieri

dixe-

* Vide hoc optime tractatum a Doctore Cleghorn Dis fert. Inaug. De Somno, pag. 43. et seq.

dixerimus; simulque experientia docti adjicere
alia percepta plerumque, ne dicam semper me-
moria teneri, et hanc dari posse ejus explicatio-
nem. Docet ipse vir cl. voluptatis et doloris
deis generaliores capere mentem non posse,
quas igitur oportet, cum magna multitudine ea-
rum rerum quae sensibus objiciantur, cohaere-
ant. Quod connubium commune cum perfec-
tiori memoriae certissimum ponit fundamen-
tum, sequitur voluptatis et doloris species in
memoriam prae caeteris iri revocatum.

Exempla a cel. Locke prolata ad rem quae
nunc agitur minime pertinent. Ad illud enim
dogma sunt formata, quod summo studio ante-
refutavimus; nimis, animum absque corpore
interdum agere, quod, etiam si haud objiceremus,
amen fieri non posse, quod duo corpora uno
codem animo (ut putat cl. Locke) simul mo-
veantur, pro certo habemus. Caeterum, si quis
propterea somniaffe se per somnum negaverit,

quod

quod idem vigilans quid somniaverit non meminit, hunc nos convincere non posse confitemur. Jam ante demonstratum est, talem memoriae defectum saepe fieri debere, propter inusitatae quae menti offeruntur species, propterque leges quibus ipsa recordatio regitur.

Quae postea idem objicit de repugnantia somniorum ad ea quoque respondemus. Varia enim inusitata confortia a diversis quae fiunt impressionibus oriri oportere, jam antea ostensum est. Has autem, nisi a communi idearum origine ex fonte profluere, non est quod judicamus. Ineffabiliter animo ideas aut antequam corpori se adjungant aut dum adjungatur, negamus. Satis nobis videtur, facultatem animo esse istas impressiones agnoscendi, quae ex illo tempore fieri incepserint; neque facultate privari animum, inde a primo ejus cum corpore conjunctione usque dum corpus terrestrem comitem ad finem vitae ejus reliquerit.

Theoria

Theoria somniandi perfectissima, earum quae
hactenus apparuere, me judice, illa est quam ex
operibus cel. Hartley colligere licet. Fatendum
tamen, quatenus ad physiologiam pertinet, huic
quoque multa objici posse, vix facilius expedi-
enda, quam quibus cunctae ejusdem physiologi-
cae opiniones patent. Attamen, quum doctrina
de idearum consortio sive adsoiatione, qua pars
metaphysica systematis ejus maxime nititur, er-
roribus ejus physiologicis parum afficitur, quippe
quae pars solida inductione e rebus bene firma-
tis fundata fit; ut illa eam fidem eamque admi-
rationem consequeretur, quas amplitudo ejus, et
ingenium acumenque auctoris postulant, nihil
reliqui erat, nisi ut doctrinis physiologiae emen-
datis associaretur. Hoc ut nos quatenus cum
nostra materia conjunctum sit, faciamus; hodi-
ernorum in physiologia emendationibus ute-
mur: Quibus parte systematis Hartleii meliori
annexis, res summi momenti, quae in systemate
animali inter somnia accidere solent, illustratu-

ros, earumque explicationem simpliciorem et faciliorem nos reddituros, speramus.

Opiniones physiologicae, quibus hac de re sequor, a doctrina generali deduco, quam mihi D. Ash, amicus meus doctissimus, primus notavit et exposuit; cui non tantum in materia ista, quam nunc trago, verum etiam in caeteris physiologiae partibus, cognitiones maximi pretii debeo. Dum autem hanc occasionem libenter arripio publice praedicandi quibus modis et me fibi devinxit, et caeteros suos in studiis academicis sodales, doleo quod non licet mihi (id quod futurum speraveram) lectores ad opera ejus relegare, ut illam doctrinam plenius illustratam haurirent, quam ego leviter tantummodo hocce libello attigi. Pergratum tamen animo est, quod opiniones physiologicae, ad hanc nostram materiam pertinentes, nulli theoriae ita adhaereant, ut cum hac et illas cadere oportet, quum facta

tantum

cantum ad nullam hypothesin necessario accomodata exprimant.

Antequam ad phaenomena somniandi explicanda me accingo, necessarium arbitror, observata aut facta pauca praefari, quibus tanquam principiis conclusiones infra dandae nitantur. In his autem exponendis, perbreves erimus, id solum spectantes, ne quae in attentionem communem non cadunt neglexisse videamur. Plura ectores pro se quisque secundum experientiam suam addent; ad quae tanquam lapidem Lydium nostra sententia revocetur.

Somnia per totum somni tempus quodammodo manere supra jam et exemplis, et similitudine, verisimile reddere conati sumus *. Sermone quidem hominum communi verbum id, somniare, ad eas tantum impressiones pertinet,

* Vid quoque Haller. Elem. Phys. Tom. v. p. 621.; Bonnetti Opera, p. 421.

net, quas animus per quietem agnoscit, et quae postea memoria retinentur. Rectius autem dicendum esset, inter somnum nos nunquam non somniare, cum series continuata impressionum in mentem fiat, interdum autem adeo confusa, aut debilis, ut nullum sui vestigium relinquant. Hic status somni alti nomine distinguitur, qui, pro privatione perfecta perceptionis, mentisque absoluta requie haberi, nequaquam potest. Sunt quibusdam hominibus saepenumero indicia quaedam externa in somno quibus ideas menti inhaerere monstratur, licet vigilantes nullam rem percepisse, sed sensibus suis minime turbatos altiori somno jacuisse se credant; donec aliquid evenierit, quod cum somniis conjunctum, totam seriem reducendo, errasse eos coarguat. Hinc concludere licet, ex illo tempore, quo primum animus cum corpore conjungitur, illum facultate esse praeditum externa agnoscendi; cum vero impressiones in organa sensuum in hunc finem fieri oportet, claritas et duratio impressionum

horum

orum organorum statum sequantur necesse est.

Dum somniamus, quomodo revera nos habemus, quoad res externas, nescimus; neque fallaciam earum specierum, quae menti offeruntur, cerneremus possumus *. Quaecunque studia in vita nos exerceant, quibuscunque animi affectibus concinemur, iis nos summo ardore totos tradimus. Somnia vel maxime inusitata et mira plerumque cum consuetudine, cum affectibus, denique cum vitae ratione, aliquam habent affinitatem, aut conditione organorum corporis mutantur et reguntur. Per quietem philosophus cau-

fas

* “ Perceptio somniantibus, (ait erudit. Gregorius), quam maxime vivida est, scilicet in qua homo totus est, attentione adhibita indivisa, nulloque temperante iudicio. Hinc nulla in somnia vis animi; sed timor, moeror, libido, quicquid demum fuerit quod menti se obtulerit, eam statim occupat, et totum hominem rapit.” —

fas rerum investigat*, avarus pecuniam conquirit, cupidus libidinibus suis indulget. Statum organorum corporis somnia afficere, insomniis id quidem morbosis, in delirio, in iis qui ventriculo gravato †, qui post iter tempestate valde nimboſa factum somniant, videre est. Quae, ut magis adhuc conſtent, duarum somni conditionum, cauſas valde diuerſas agnoſcentium, mentionem facere licet. Harum prima ſequitur frigus extreſum, fanguinis detractionem, caeteraque quae univerſi ſystematis torporem inducunt, et impreſſiones per ſomnum factas adeo debiles reddunt, ut omni ſuo veſtigio careant. Alteram conditionem ſpirituum ſtillatitorum, opii, caeterorum narcoticorum nimius uſus, laefiſiones violentiores, morbi nonnulli, ut syncope, apoplexia, et alii faciunt. Hae quoque cauſae sta-

tum

* Kaaw Impet. fac. p. 321.

† Vid. Sandor. Sect. iv. No. 4c. et De Somno, No. 26.; Halleri Element. Phys. Tom. v. p. 622.; Beattie, Essay on Dreams.

um somni torpidum gignunt, somniorum, ut
reditur, expertem; quum sensuum organa im-
pediunt, quo minus muneribus suis rite fun-
gantur.

Aurora appropinquante, somnia observantur
ividiora *, quod magis adhuc ad impressiones
erum, quae cernuntur et audiuntur, quam ad
aeteras pertinet.

Bruta animantia aequa ac homines somni-
ant †. Excitantur enim e somno impressione
quadam, ut clare elucet in somniis, facta. Sic
dicit Petronius :

Et canis in somniis leporis vestigia latrat.

Denique,

* Unde antiquorum opinio derivari videtur de som-
niis matutino tempore veris :

— Post medium noctem ubi somnia vera.

† Aristotel. Hist. Animant. L. iv. c. 10.

Denique, sunt qui per quietem colloquia habere visi sunt, surgere, loca ad quae tendere soliti fuerint petere, postremo omnia facere quae vigilantes agere consueverint *. Huic in animali oeconomia rei memorabili lato sensu nomen somnambulationis impositum est. Quae licet cum materia nostra arctiorem nexum non habeat, neque iisdem profus principiis explicari possit, tamen res per se adeo mira est, tamquam grata philosophorum animis, caeteraque somniorum phaenomena adeo refert, ut alienum proposito nostro futurum non credamus, inter phaenomena somniandi et hoc quoque retulisse et in sequela hujus dissertationis explicationem ejus tentasse. Atque hic necesse erit quid si discrimen somniorum justorum et somnambulationis definire. Quod, exempla ista per pauca quae de hac re fide digna extant perpendendo, sequentibus

* Vid. Hildan. Cen. 11. Obf. 84. 85. ; Bohn. de Somnambul. ; Krugeri Physiolog. 79.

quentibus duobus absolvit arbitramur. 1. Po-
testate, quam conservat mens somnambulantis
musculos voluntarios excitandi. 2. Usu rerum
externarum fortuito, dum mens formas earum
contemplatur. Invenimus enim qui per somnum
ambulat, licet validam rerum istarum impressio-
nem habet, ad quas animum videtur advertere,
tamen istas impressiones ab ipsis rebus non esse
ortas. Exempli juvenis, quem Archiepiscopus
de Bourdeaux observavit, sequentem habemus
historiam, qua id quod diximus demonstratur.

" La même personne, témoin oculaire de ces
faits, pour s'assurer si le somnambule ne faisoit
alors aucun usage de ses yeux, mit un carton
sous son menton, de façon à lui dérober la vue
du papier qui étoit sur la table ; mais il conti-
nua à écrire sans s'en apercevoir ; voulant en-
suite connôitre à quoi il jugeoit de la présence
des objets qui étoient sous ses yeux, il lui ota le
papier sur lequel il écrivoit, et en substitua plu-

sieurs autres à différentes réprises ; mais il s'en apperçut toujours, parce qu'ils étoient d'une inégale grandeur : Car quand on trouva un papier parfaitement semblable, il le prit pour le sien, et ecrivit les corrections aux endroits correspondant à celui qu'on lui avoit ôté *.

Ex iis quae jam facta exposui, elucet, somnandi phaenomena ad unam referri posse definitionem, nimirum ad capacitatem quae adesse videtur sentiendi et agendi, licet impressiones externae, et modus agendi usitatus, absint.

In somno solidum vitale tantum afficitur ; causae quibus inducitur is status nullam vim in mentem exercere possunt ; illa quas ideas perceptionis organa offerunt, eas somno pariter ac vigilio annotat. Unde ad physiologiam solummodo

* Vid. Encyclopéd. Gallic. ad verbum Somnambulisme.

modo pertinere somniorum doctrina apparebit, quippe quae ex actionibus unice animalibus orientur, et corporea sint, sicuti sensuum impressiones, quarum non nisi modus quidam existunt certo statu, certa agendi ratione solidi vitalis in corpore originem suam debentes. Hoc ex argumentis sequetur, quae suadent, in perceptione et sensu ordinariis, organa nunquam pati tantum, sed ipsa agere, non minus quam fibrae musculares, dum contrahuntur. Haec actio, id est, quod a mente quando percipit, animadvertitur; quae sentiendorum perceptionis notio, cum organis diversa prorsus tribuit, ab iis quae vulgatae theoriae iis tribuunt, novam plane somniandi ideam praebent, rebus factis et physcis phaenomenis stabilitam. Haec ut vera presentur, necesse est, ut monstremus, sensum ab actione quadam in sensuum organis oriri, quam causa stimulans excitaverit. Sic visus ab actione lucis in retinam oritur.

Lucem esse corpus retinamque qua stimulus afficere experimentis arguitur, quae ostendunt extendi eam, dividi, attrahi, et momentum habere*. Naturam lucis a materia non abhorere faciliter ostenditur experimento. Nam corpora levia foco lentis locata, a radiis ad certum gradum collectis moventur.

Argumenta quibus retina legibus communibus solidorum vitalium stimulus tentatorum ostenduntur
bedire

* Vide Newton's Optics, passim.; Elliot on the Branches of Natural Philosophy connected with Medicine.

Vid. quoque Prof. Robison, quantumvis pretii praelectiones de hac re, in quibus praeter ejusmodi experimenta, chemica quaedam memorantur, quae rem profus extra dubitationis aleam ponere videntur.

Conf. quoque celeb. Black Praelectiones, ut et scripta chemicorum hodiernorum, praesertim amici mei spectatissimi Lavoisier, autorum nuperorum facile principis,

edire evincitur, a cognitione variarum hujus conditionum ducuntur ; quales sunt, excitatio-
is, debilitatis indirectae, spasmi temporarii,
spasmi diuturni, et paralyseos. Excitatio reti-
ae fit per lumen more solito applicatum ; quod
cum applicatur, ut excitetur visus, non recipit
ut patitur tantummodo retina ; perceptio lucis,
coloris, distantiae, &c. organi quo vidimus sta-
sis quidam est et actio. Hujus rei argumenta
ex Newtoni *, Hartleii †, Darwin ‡, et Elliot §,
experimentis petantur.—Hic status sive actio, u-
nicunque adfuerit, menti rerum quae cerni pos-
unt perceptionem tradit, quum satis constet, ex
adem actione, quocunque modo orta, eandem
secuturam esse notionem. Possunt autem alia
corpora, alii existendi modi menti totam lucis
colorum, et similium ideam dare, ne singula qui-
zem particula agente ; docent experimenta supra
memorata ;

* Optics, p. 321.

† On Man.

‡ Dissert. Inaugural,

§ Philosophical Observations on the Sense of Vision
and Hearing.

memorata; docent alia, ejusdem generis quorum nonnulla denuo instituendi, eorumque veritatem firmandi, facultas mihi fuit *.

Lux et colores, per se simplicem tantum notionem animo suggerunt; legibus autem notissimis docemur optices et picturae, formas, reexternas, distantiam, vicinitatem, modos tantum esse notionis coloris et lucis; neque igitur nisi modos legis generalis, qua ea actio cietur, unde mentis idea pendet, ab organo ipso oriundos. Ejusmodi diversitas, unde distantiae et vicinitatis

* Si oculus pressione valida et continua irritatur, spatii concavi et lucidi impressionem habemus, coloribus quales a prisme generantur, distincti. Hoc experimentum optime instituitur, oculo aliquandiu per tenebras praedisposito. In pressione pergendum est, donec dolorifica fiat, nihilque incommodi sequitur, nisi quod oculus paralyxi temporaria affectus relinquatur. A pressione in aurem, diversimode variata, diversorum sonorum sensus oritur.—Vide Elliot's Observations, &c.

nitatis ideae nascuntur, notionem præbebunt motus, nulla loci mutatione facta. Namque communis loci mutati notiones cohaerent semper cum mutantato situ rerum et magnitudine eam visa mutari. Quae mutatio in impressionis existens quas, proxime mens contemplatur, necessario sequitur notionem motus ad rem mutantam, vel ab ea, se comitem esse daturam. Cognitionem distantiae a motu habemus, quoties atii nonnihil inter res externas interpositum demus ; qua cognitione carens, puer, cui visus bito restitutus erat, oculis ejus chirurgice tractatis, distantias rerum distinguere omnino non potuit ; omnibus externis oculos tangi creans *. Idem fit in infantibus.

Omnem positus in genere, situs quoad caera, similitudinis, distantiae et similium notio-
nes mens fibi ipsa creat experientia, consue-
tudine,

* Vide Chesselden's Anatomy, p. 301.

tudine, et memoria, licet quod visu percipitur
 quamcunque multiplex, tamen aut lux sit, et co-
 lores in oculos per se agentes, et pro modis sui
 actionem sibi propriam excitantes, aut causae a-
 liae, eundem prorsus effectum edentes. Pictura
 et imagines rerum bene notarum, per has po-
 testates facillime mente agnoscuntur, et qua-
 pictores in plana tabula imitantur, ea rotund-
 esse videntur. Iisdem principiis nititur decep-
 tio distantiae in picturis, et in camera quam vo-
 cant obscura. In prima vitae parte hanc con-
 junctionem, similitudinem, distantiam, &c. ig-
 noramus, unde tali deceptioni non sumus ob-
 noxii, donec idearum ad sociatio, aliaeque cau-
 sae supra memoratae, notiones altius men-
 impresserint. Docent qui subito visum recupe-
 raverunt. Puer quem Cheffelden * memora-
 nullam a picturis notionem solidorum acce-
 pit; eas tantum pro planis tabulis variis colo-

ribu

* Vid. Anatomy, pag. 302.

ibus distinctis habebat, neque deceptionibus a
mixturis lucis colorumque arte factis patuit.

His dictis elucet, quod lucis et colorum pri-
maria actione, secundaria vero figurae, magni-
tudinis, distantiae, extensionis, motusque, qui
peri videtur celeris tardive, ideae propriae menti
imprimi possint, mutata tantum actione sive sta-
tu retinae; quam mutationem alii stimuli in or-
gano visus facere possunt, eodem modo ac fit sti-
mulo lucis ipsius.

Somniandi theoria ergo, ut brevis sim haec
est: Corpora extrinsecus admota, qualia sunt
lux, aer vibrans, &c. agunt qua stimuli in or-
gano sensus, horumque statum quandam indu-
cunt, unde cum mente perceptionis notiones
communicantur. At idem status, alio quocun-
que modo effectus, eandem dabit notionem. Sic
pressio cum retina eum statum communicat, qui
menti totam ideam praebet lucis perceptae et

colorum. Auditus sensum pressio pariter nervus auditus impertit. Varii stimuli interni cum sensuum organis junguntur ; quae tamen a cœlum fatione luminis caeterorumque externorum excitata, internis stimuli non obediunt *.

In somno vero, detractis stimuliis externis praecipue ab oculo, capacitas stimulus admittendi augetur et accumulatur, donec certo somni stadio, potestates internae, sanguis puta, in organa praedisposita agunt non minore vi, quam qua externi stimuli suo impulsu perceptionem signunt, ut phænomena repraesententur imaginum, sonorum, et similium, eaque eadem aut majorē claritate, quam in actu videndi per lumen audiendi per aera vibrantem, &c. Causae metaphysicae, praesertim recordatio et ad sociatio idearum, modum, nexus notionum, spatium temporis

* Vide Hobbes, Treatise on Human Nature, Chapter on Dreaming, sect. iii. et seq.

oris per quod durant, satis explicant. Claritas congruentia tempore matutino auctae principis physicis antea expositis originem suam dependent *.

Ut autem redditum per somnum perceptionum, ut recenter aut fortiter impressarum, explices, opus est memorare, quod sensus organa regi parent, qua leviter excitata, in certas actiones prae aliis incidere malunt. Nam, quum cauae in oculum auremve agentes, diu, fortiter, recenter egerint, in eam actionem quae tum fit, per aliquod tempus post, organa facilime incidunt. Is status sic inductus perceptionum successio erit per diversa sensuum organa communicata, licet omnes causae extrinsecus agentes amotae fuerint. In oculo id fit post conventus,

picturas

* Nam evidenter appareat, claritatem, ideoque et veritatem congruentiamque somniorum, maxime conspicuam fore versus auroram, quando propensio ad actionem in sensuum organis fastigium jam attigerit.

picturas splendidas, itinera velociter facta, aut
navigationem ; in aure, post concentus musicos,
campanarum sonum, aut alium quemvis cui
sensus assueverit ; in olfactus gustusque sensibus,
post novos quosdam aut diu perstantes sapores,
et odores veluti cadaveris ; in tactus sensu,
post diuturnam pressionem vinculorum, post
compedes, et similia. Hac lege ad somnia ap-
plicata rationem discimus, cur certae perceptio-
nes fundamenta somniorum sunt, quae menti
obversantur *. Sunt enim diversi excitationis
modi,

* Somnia, fortia aut recentia hominis vigilantis sen-
sa, plerumque referre antiquis pariter ac hodiernis inno-
tuit. Nam ita Cicero :

Fit enim fere, ut cogitationes sermonesque nostri pa-
riant in somno tale, quale de Homero scribit Ennius,
de quo videlicet saepissime vigilans solebat cogitare et
loqui.—Vid. Somn. Scip. 340.

Eandem notionem poetae summi sequentis versus at-
tingunt,

nodi, actionem peculiarem facientes, cum hujus deis comitibus, qui saepe statu corporis oriuntur et variantur. Unde fit quod ventriculus, caeteraque corporis organa, somnia quodammodo regunt.

Praeterquam vero quod hi effectus in sensuum organis eduntur, stimulorum communium detractione, unde aliorum actionis magis capacia redduntur, ita ut perceptioni ansam praebent, idem alio modo fieri potest. Nam ipsis sensuum organis usitatam conditionem retinentibus, sed aucto praeter naturam stimulo interno, qui iis inest, in utroque exemplo effectum summa eadem erit. Quare in capitibus inflammationibus, caeterisque morbis acutis, parum congruentia

per

————— agit ipse furentem

In somniis, ferus Æneas : Semperque relinqu
Sola sibi, semper longam incomitata videtur
Irre viam, et Tyrios deserta quaerere terra.

Virgil. Æneid. iv. V. 465,

per quietem cernere videmur. Iisdem principiis, ebrietas, opii effectus inter Turcos, delirium, et quaedam maniae phaenomena, explicantur.

Ad spirituum stillatitiorum, opique effectus quod pertinet, in intellectu mutando, jure simul considerare possunt, quum eadem operatione gaudere videantur *. Id quod sequenti de effectibus opii apud Turcos narratione elucebit, quam dat peregrinator nuperus ingeniosus. Postquam horrendos effectus narraverit, quos istius pharmaci nimius usus in corpora illius gentis hominum edit, qui quoad omnia eas referunt, qui spirituum stillatitiorum nimiam potionem sequuntur, quotidianam luxuriem sic describit :

“ A

* Vid. amici mei ingeniosissimi Doct. Drake Dissert. Inaug. de Somno, pag. 62.

" A long row of little shops are built against one of the walls that surround the square, within which is the mosque. These shops are shaded by an arbour, which reaches from one to the other, and under which the master takes care to place a little sofa to accommodate his guests, without stopping up the passage. The customers arrive and place themselves in order, to take the dose which the habits each have contracted render necessary. The pills are distributed. Those most used to the practice perhaps swallow four, larger than olives, and each immediately drinking a glass of cold water, waits in his particular attitude. An agreeable reverie, at the end of three quarters of an hour, or an hour at most, never fails to animate these automatons, causing them to throw themselves into a thousand different postures, but always extravagant, and always merry. This is the moment where the scene becomes most interesting ; all the actors are happy, and each

returns

returns home in a state of total irrationality, but likewise in the entire and full enjoyment of happiness, not to be procured by reason. Disregarding the ridicule of those they meet, who divert themselves by making them talk absurdly, each imagines, and looks, and feels, himself possessed of whatever he wishes. The reality of enjoyment often gives less satisfaction *.”

Patet in hoc exemplo, ut in ebrietate a spiritibus stillatitiis, quam quotidie cernere est, phænomena stricte ad eam posse referri theoriam, quam explicare ante conati sumus. Supra affectitur summam effectuum in organa sensuum editorum ratione duplici absolvi posse: Nam, aut augetur capacitas actionem admittendi in ipsis organis, ob stimulos qui agere solent detractos, aut ipsi stimuli augmentur, qui agunt. Prius somnia, et forsitan istum mentis statum quem Bri-

tanni

anni nominant *second sight* *, posterius ebrietatis, delirii, maniaeque quarundam specierum venias gignit. Utroque coniuncto, in immensum fere impressionum claritas crescit. Quare si corpus morbo oppressum fuerit, aut cibi copia majore solito gravatum, aut diu ante actio injucunda permanferit, qualis est in procellis equitatio, peregrinatio per vias asperas ; tum impressiones communicatae ob laefas partes corporeas, fere injucundae erunt, ita ut affuetis ideis comitibus

* Videantur cuncta huc pertinentia in Johnson's Journey to the Western Islands, pag. 245. et seq.; Falconer's Essay on the Influence of the Scenery of a Country on its Inhabitants.—Manchester Memoirs, Vol. i. p. 284. &c. &c.

Mirum hoc phaenomenon, ut et alia mentis pathologia derivata, quotquot ad rem nostram illustrandam aliquid conferre possent, plenius exponere primo in animo erat. Sed postquam quaedam in hunc finem praeparasse, limites hujus opelli plura me persequi vete runt.

tibus conjunctae anxia et terrifica formabunt
somnia.

Ad istas maniae species quod attinet, quae a
morbo quodam corporis locali oriuntur, harum
phaenomena similem rationem dare licet. Haec
tantum ullius momenti diversitas adest, quod
sommiorum imagines vanas esse, res affuetae
communique serie cogitandi adnexae redeuntes
detegant * ; in mania vero tam fortiter tamque
vividæ menti repraesentantur impressiones, prop-

ter

* At in somniis vividioribus, seu visionibus, et som-
nambulatione, facilitas, quacum ad usitatam cogitati-
onum seriem revertamus, ope rerum bene notarum
haud semper adest. Quamobrem illi status maniam
quam maxime referunt, inque eam facillime abeunt.
Hujus rei veritatem confirmat ill. Haller.

Ob fortissimum autem affectum, et in parte sensorii
commnis violentum motum, hic morbus multa cum
delirio communia habet, et facile in maniam transit ; et

perinde

ter causas excitantes aut vehementes, aut permanentes, ut externorum perceptio cum consuetis idearum confortiis conjuncta penitus amissa sit aut negligatur, et mens infixa haereat in contemplandis imaginibus fictis, quas sensuum organorum abnormis actio, idearum confortiis quadantenus mutata, suggerit. Diversa phaenomena maniae et delirii, quae distinguendi, delirio feroci et miti, itemque maniae feroci et miti, causam dederunt, ad physiologicas quoque causas referri possunt. Illorum diversitas a gradus differentia tantum, non a natura humum intellectus morborum per se varia oriunda, vel a seminio diverso eorum temperamentorum in quibus accidunt, vel a causis externis, quod ad vim diversis pendere potest. Seminii varietas a natura habitus et temperamento solummodo pendet; quae rebus externis, diversa claritudine perceptis et adun-

tis,

perinde verberibus supprimitur, metu nempe forti excitato, qui eum peculiarem affectum animi subjuget.—

De Somniis, in fine Elem. Physiol. Tom. v.

tis, illarum varietatum fundamina ponunt, quae morbosae in mania observantur; in fano vero per omnes illas potestates, qui vulgo intellectus audiunt, ingenium, ratiocinium, judicium, &c. At maniae ferocitatem, si caetera eadem fuerint, pro rata portione, causarum excitantium vehementiae esse, quotidiana docent observata.

In mania, pariter ac in somniis, origo specierum vanarum, quae menti observantur in organis sensuum esse videtur, non in functionum intellectus imbecillitate, nam in utroque exemplo, si ea quae mentem occupant vera essent, et qui somniat, et qui mente captus est, sat bene ratiocinatur. Unde alia horum statuum memorabilis similitudo.

Ad istarum imaginum naturam causasque indagandas, quae visiones nuncupantur, nos observare oportebit, quod in somniis res externae eadem claritate repraesentantur, ac in aliis qui-
busvis

usvis conditionibus ; qua claritate impedimur,
quo minus statum nostrum detegamus, praefer-
im quum nullae res externae sint, a quibus de-
sto statu moneamur.

Quoties aliquid meminimus, notio ejus sem-
per imbecillior est, quam impressio ejusdem in
organis sensus facta * ; qua imbecillitate rem
mente tantum concipi judicamus. In somniis
eadem est concepti claritas, ac si corpus exter-
num adesset. Unde pro tempore quod revera
existat non possumus dubitare.

Haec perceptionum claritas ea dubia tollit,
quae situs quosdam inusitatos, in quibus esse nos
credimus, creare possent. Facit ne quid suspice-
mur, nisi res adeo mirae fuerint, quae nulla sen-
suum deceptione explicari possunt : Ut si quis ex
alto cadens nullam patietur injuriam, aut gladio

con-

* Vide Hobbe's Treatise on Human Nature, sect. viii.

confossus sine dolore sit. His enim fere exper-
gescimus.

Somnium vestigia quasi veri nonnunquam re-
linquit. Nam, si quis facta aliqua somniet secun-
dum rerum naturam, neque absurdā, neque pro-
fus nova, serie usitata cogitatorum quoad suc-
cessionem servata, si porro postea ad somnum
compositus sibi videatur, nulla datur regula, nul-
lum filum, quibus ab iis quae revera evenerint,
somnium separare queat. Haec fallacia augetur
faepe, cum somno quod certo acciderit se miscue-
rit. Si enim certa somnii parte homo quidam, aut
res de novo in conspectum venerint, quod re-
vera acciderit, cum iis quae facta videntur faci-
le conjungit *. Et si cogitatorum series tunc
temporis,

* Verum enim vero inter somnia communia, non est
quod miremur, esse quaedam maximam, cum rebus ve-
ris similitudinem, habentia : Vel, ut luculenter dicit
Gregorius :

ēmportis, nil evidenter absurdī ostendat, omnia
idisse, sī ostendat, omnia somniasse, se cre-
lit.

Huc suo jure pertinet somnambulationis the-
oria. Nullus plerumque somniantibus e loco
notus est, quia quae dum somniamus impri-
nuntur, ea nullum consortium, cum motus vo-
untarii musculis, inierunt. Sola motus percep-
io, qua guademus, gliscentis est, qualis a navi-
culo se movente iis essent, quorum oculi in ex-
ternis fixa manerent, aut iis, qui prospectus ha-
berent, semper se mutantes; talis enim muta-
io cum motus notione arctissime cohaeret. At

fi

Inter tot absurdā et ridicula, nil mirū si quaedam
minus inepta, vel denique vera fuerint; scilicet si quis,
forte boni iudicij, plus vigilans quam dormiens, multa
secum reputaverit, et praeviderit probabiliora.—Greg.

Conspect. sect. 407. p. 222.

* Vid. supra, pag.

si stimuli quorum operationem antea enumera-
vimus, ita valida fuerint, ut in musculos motu
voluntarii mechanice agant, eosque in contrac-
tionem cieant, aut si idem (quod saepissime fieri
verisimile est), a subita semifopiti excitatione o-
riatur, tunc nexus stabilitur inter eam notionem
quae modo menti inhaeret, et ipsum motum
qui nexus, iisdem rebus licet non ita frequente
redeuntibus, tam intimus redditur, ut notionem
motus nunquam non sequatur.

Quum motus voluntarii excitatione potissi-
mum status somnambulationis a somniorum sta-
tu differat, non est quod in caeteris phaenome-
nis utriusque statui communibus diu commore-
mur. Hoc tamen oportet nos dicere, quod no-
vus adfociationis status in mente generatur (ve-
ro simile autem est generari eum a primo motu
voluntario excitato), unde is motus voluntariu-
varie mutatur.—Ut in juvene illo, cuius histo-
ria Archiepiscopus de Bourdeaux narrat, qui
quar

quum mente imprimeretur infantem aliquem in aquas demersum perire, natantis speciem induens, impressionibus in sensuum organa factis ita affectus est, ut, re peracta, quasi revera ex aqua frigida modo emergeret, horreret et rigeret. Pari modo quis non saepe videt, talium in sensus per somnum impressionum effectus ejusmodi fuisse, quos nulla imaginandi vis in vigilante, cuius sensus fani fuerint, ediderit?

Generaliter vero somnambulantis actiones unius tantum et immutati generis sunt, et tales, quales prima impressio motum excitans, et cogitatorum ad sociatio postea addita, evidenter genuerunt. Sic juvenis ante dicti actiones ordinariae in orationibus sacris componendis et transcribendis versabantur *. Nec tamen diffi-

* Vid. quoque quaedam similia facta in Antient Metaphysics, Vol. ii. p. 218. et seq.; Bohn. de Somnambulatione Eschenbach, Observ. Rar. 19. &c.

cile est conceptu, novam organorum sensus impressio actiones solitas impedire, et seriem sibi propriam excitare, posse. Sic in eodem juvene, pro more in orationibus scribendis occupato, nova impressio ideam infantis in aqua perituri excitavit, quam statim motus nantis, et imago infantis periculo liberati, secuti sunt. Quaecunque impressio sit, qua opus sit ad exercitium muscularum voluntarii motus in dormiente ciendum, ex historia juvenis illius patet, stimulum vel levissimum totam seriem cogitationum in mente posse mutare. Nam levi labrorum ope pennae frictione semper accidit, ut cogitationum series ex tristi hilaris evaderit.

Ex omnibus his vero simillimum videtur, primum muscularum motus voluntarii exercitium in omni homine qui somno ambulat, ab actione quadam vehementi organorum sensus, vel a stimulo aliquo mechanico, oriri. Motus excitatus facile et validum connubium init cum serie

erie idearum tunc menti observante, ideoque constanter eas ideas revertentes sequitur. Vaida tamen et mutata impressio priores motus nutare et variare potest ; unde, ut in historia nemorata, varietas aliqua accidere potest. Ex omnibus his, jure licet concludere, quod, si quis ianc rationem motus voluntarios primo excitatos in somnambulis explicandi, cum rebus factis generalioribus de idearum successione, quae ad mnes animi laesiones pariter pertinent, conunxerit, exinde explicationem phaenomenorum omnambulationis, omnibus numeris absolutam, esse deduci. Cur vero, si haec vera essent, haenomena somnambulationis non saepius accidunt, hujus rei explicationem menti arriden- em nullam adhuc suppetere, non possum quin confitear.

Sunt et alia phaenomena, ad mentis physiologiam pertinentia, quae hac theoria luculentam ccipere possent explicationem ; at plura perse-
qui,

qui, cum temporis angustiae vetant, tum limite
fatis arcti, quibus hujusmodi dissertationes defi-
niuntur. Quare id in genere addemus, quo
hac theoria, ea res in qua explananda doctrina
somniorum, aliorumque vesaniae generum, cur
maximis conflixtarunt difficultatibus; nimirum
ratio, qua in homine dormiente, vel cuius mem-
ullo alio modo turbata sit, notiones sensus et ac-
tionis oriantur, perlucida redditur. Pictura
sensus impressiones, sive simplices hi fuerint, sive
compositi, non unicam notionem, sed successio-
nem et conjunctionem harum efficiunt, legibus
quibus consortium idearum paret, ordinatas
pariter ac in communibus mentis operationibus.
Hae impressiones seriem quandam idearum com-
municare pergit, praeter solitum vividarum
donec nova et diversa in organum impressio, eo
dein modo suas series, suas ideas comites, indux-
erit, simili causa, novum sensus modum creante
denuo abripiendas et miscendas. Quae ita re-
praesentantur, ea mens semper revera existere

eorum se ipsa partem esse credit; quia rerum
externarum impressiones aut ex toto absunt, ut
in somno, aut aliis impressionibus eodem tem-
pore interne factis, ut in caeteris vesaniis, vin-
cuntur.

F I N I S.

и съмъ възможенъ да съмъ
и съмъ възможенъ да съмъ
и съмъ възможенъ да съмъ

и съмъ

зато че